

detestari & fugere. Ita faciebat etiam Tobias, fugiens cultum vitulorum. Et quid hodie faciendum A  
in Ecclesia aliud, ubi non solum regnant homines improbi, vani, absconditi: id est, subdoli, versuti,  
maliciosi, impij, sanguinarij, sed & ipsa impietas pro cultu Dei adoratur?

Vers. 9. 10.  
11.

Tertio orationem adiungit, qua precatur, ne similis habeatur istis improbis, ne illis coniungatur,  
ne particeps habeatur delictorum, & supplicij eorum. Et hoc facit vers. 9. 10. 11. Atque hic indicat  
sibi temper ob oculos esse, quid maneat eorum studia, qui tales esse pergunt. Id quod & ipsum facit  
ad innocentiae studium seruandum.

OBS. 3. Admoneat hoc eos, qui adhuc nonnihil commercij habent cum improbis, vt cedant & fugiant,  
soleruntq; eos qui iam cesserunt, vt perdurent. Vide Malach. 3.

## PSALMVS XXVII.

PALMVS DAVIDIS.

ARGVMENTVM PSALMI.

**N**on potest certo desiniri, de quo periculo Davidis factus sit iste Psalmus: an de eo, quod à Saule, vel  
quod ab Absalomo tulerit, aut alio quopiam. Verum nihil, vel non adeo multum refert, ad quod cer-  
tum periculum respiciat: quin magis obseruandum est exemplum animi à Deo pendentis, quomodo  
se in quouis periculo habeat, & qua potissimum re sese soletur, & ne desperet, sustentet. Patet autem vel  
ex primo & ultimo versu, hunc Psalmum referre animum in magnis periculis totum inconcussa spe ab au-  
xilium Dei dependentem, & certam sibi liberationem promittentem.

VERS. I.



Ominus illuminatio mea & salus mea, à quo timebo? Dominus fortitudo  
vitae meae, à quo formidabo?

2. Si quando irruerint aduersum me maligni ad vorandum carnem  
meam, qui mihi sunt infesti & inimici, ipsi impingent & cadent.

3. Si castrametati fuerint aduersum me, non timebit cor meum. Si exur-  
get aduersum me bellum, in hoc ego speraui.

4. Vnum petij à Domino, ipsum requiram, nempe vt sedeam in domo Domini per  
omnes dies vitae meae, ad contemplandum in iocunditate Domini, & ad scrutandum in  
templo illius.

5. Quoniam abscondit me in tabernaculo in die malo, occulit me in abscondito B  
rentorij sui, in petra exaltauit me.

6. Et nunc exaltabit caput meum super inimicos meos circumquaq; immolabo in  
tabernaculo eius hostias iubilationis, canam & psallam Domino.

7. Audi Domine vocem meam, clamo: miserere mei, & responde mihi.

8. De te dixit cor meum, Querite faciem meam: faciem tuam Domine requiram.

9. Ne abscondas faciem tuam à me, ne declines in ira seruum tuum, auxilium meum  
fuiisti: ne proyicias me, neq; deseras me Deus salutis meae.

10. Quoniam pater meus & mater mea deseruerunt me, & Dominus collegit me.

11. Doce me Domine viam tuam, & duc me in semita plana propter inimicos meos.

12. Ne des me desiderio eorum qui me premunt, quoniam surrexerunt in me testes  
falsi, & qui calumniam struunt.

13. At credo me visurum bonitatem Domini in terra viuentium.

14. Expecta Dominum, corroborare, & confirmetur cor tuum, expecta Dominum.

LECTIO.

Dominus fortitudo viae meae. ] Ebr. ביעוד. Græc. & vulg. Lat. Protector vitæ meae.

Vers. 1.

Ipsi impingent. ] Ebr. בשלי. Græc. & vulg. Lat. Ipsi infirmati sunt. Hieron. Iustin. Pagnin. Tigurina: Ipsi

Vers. 2.

impegerunt. Felix: Ipsi corruent.

Vers. 4.

Vnum petij à Domino. ] Ebr. אחת. Græc. & vulg. Lat. Vnam. Sic legit & Felix & Iustin.

Ad contemplandum. ] Ebr. לחזות בנעם יהוה לבקר בחיכלו. Græc. & vulg. Lat. Vt videam voluptatem  
Domini, & visitem templum eius. Hieron. Vt videam pulchritudinem Domini, & attendam templum eius. Pagnin.  
Et queram in templo eius. Iustin. Vt videam de voluptate Dei, & de mane in templo eius. Augustinus sic legit: Vt  
contempler delectationem Domini, & protegar à templo eius.

Vers. 6.

Circumquaq;. ] Ebr. סדיבותי: id est, Circum me. Græc. & vulg. Lat. faciunt hic sequentis versus ini-  
tium, & legunt verbaliter Circuuii: quasi scriptum sit סבבת. Hieron. Qui sunt in circuitu meo. Pagnin. In  
circuuiibus meis. Iustin. Circundantes me.

Vers. 7.

Clamo. ] Ebr. אקרא. Vulg. Latina: Qua clamaui ad te. Ad te, non est in Ebræo. Et Arabs quoq; legit:  
Qua inuoco te. Hieron. Inuocantis. Sic & Iustin. Pagnin. Clamabo.

Vers. 8.

De te. ] Ebr. לך. Græc. & vulg. & Hieron. & Pagn. & Iustin. & Tigurina, & Felix, Felinus, De te.  
Querite faciem meam. ] Ebr. בקשי פני. Græcus sic: λυειον ζητησω, εζητησεν το προσωπον μου. Illud autem,  
λυειον ζητησω, non est in Ebræo. Vulg. Latina: Exquisiuit te facies mea. Arabs legit: Faciem tuam. Chald.  
Exquisiuit facies mea. Hieron. Quasiui vultus meus. August. legit: Quasiui vultum tuum. Iustin. Exquisierunt  
vultus